



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatæ, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de  
Antverpiæ, 1649**

§.2. Cogitauerunt Principes, Cum illis cor esset iniquitate plenum, dedebant & eorum capita malis abundare cogitationibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](#)

tatus, vocem attollit, imperando. *Tollite lapidem.*  
Opinatur & quidem recte D Ambros. Christum  
hunc sepulchri lapidem sibi assumptiss. Lazarum  
de monumento reuocat ad vitam; eumque  
illis adiicit. Ecce vobis hic signum, nihil ultra  
requirendum: Lazarum educit ad auras, atque  
Apostolis suis: *Sinite eum abire.* Sinite ut lapis hic  
feratur in canes illos furiosos, illo vulnerat, illo  
animam eis transuerberat. Illos attende, viso hoc  
miraculo, vt canes lapide in capite percussi gra-  
*Lea. II. 43* nissimos edere violatus: *Quid facimus? quia hic  
homo multa signa facit.* Conspicunt omnem furio-  
rem suum in lapidem conuertere, Lazarum ap-  
prehendere, illumque occidere. Eia canes  
eia mordete lapidem: illc etenim ille sus ma-  
nebit, vos autem furore tabelatis, dentes ve-  
stros constringatis, vestramque linguam pte ni-  
mia rabia depacetis.

**§. 2. Cogitauerunt Principes. Cum illis cor  
esset iniquitate plenum, debebant & eorum  
capita malis abundare cogitationibus.**

**C**ogitauerunt Principes sacerdotum, vt &  
Lazarum interficerent. Quam appositi pro-  
sequitur D. Iohannes, & quam clarè cordis  
eorum timatur intima & anatomiam facit cogi-  
tationum, nec non capita perpendit, quas produ-  
cunt illa rationes, quam gratuitè perturbentur:  
*Cogitare, inquit D. August. a. & declarat D. Tho-*  
*b. est multa mente cogitare: magno certamine*  
*multa revoluere quando ex omni parte difficul-  
tatum mole & numero circa aliquid obruiuntur,*  
*quod corde gerimus, sicut medico coningit in-  
firmum visitanti febribus languentem & stuofili-  
mis, etenim animo heret cogitabundus, utrum  
illi venam sit aperturus, vel non. Febris virget, si  
sanguinem non extrahat, indubie morietur: lan-  
guor corporis diffundet, si fecerit, certò cer-  
tus, morietur. Dubius animo suspensus, &  
variae agitat mente cogitationes. Quia non cogi-  
tationum commotione hi turbabantur, & in om-  
nibus occurrit illis non spernenda difficultas.  
Quid nobis commodi, si hunc occiderimus: La-  
zarus, autem viuis superfit: steini erit firma  
perpetua columna memoria? Lazarum au-  
tem occidere, aperte repugnet iustitia: non en-  
im hic nos torquet, non est inimicus; quem ta-  
men nisi occiderimus, huius hominis fides flo-  
redit insignior. Si interficiamus illum, crimen nobis  
imponimus adeo grave, vt nullum patiatur ex-  
culationem.*

Hieron. Bapt. de Lanuza Tom. III.

a. Lib. 15.  
de Cant.  
c. 16.  
b. 1. 2. q. 1.  
ar. 1.

L.  
Quid sit  
cogitare.

Loquere tu nobis Euangelista, quibus agitentur inquieti cogitationibus: quale est cor eorum? Cogita-  
Cor eorum inquietiga. In campana vitrea vapo-  
tures ex imo sursum in connexum ascendunt: & miles sunt  
quaes sunt hi vapores aescendentes? Quales sunt corda?

II.  
flores vel herbae illi impositae: si rosa, lilia, ca-  
ryophylla, vapores aescendent odoriferi, gratissimi,  
ex quibus aqua colligitur angelica: si vero ru-  
bos, & herbas injicias grauecentes, ne mire-  
ris, si vapores aescendant excretandi & graueo-  
lentes. Cor hominis vero dixerit esse sublimatum. Similitu-  
dinem, ex quo cogitationes in caput aescendent: do-

quales aescendent cogitationes? Ogalia fuerint  
ea que corde celaveris, si quenquam amaveris,  
quenam tibi subeunt cogitationes benefaciendi  
& gratianandi? Porro si odio habeas & excre-  
ris, & in cordis visceribus herbas foucas innitra-  
rum, quas tibi intulit: quenam non aescendent  
sursum vindictae cogitationes, illi nocendi vo-  
luntates, contemptum eius casumque desideran-  
ti? Cælestis ille sponsus non parum afficitur di-  
lectæ sue capillis: sūt etenim (vi notat D. Ambr.) *Lib. 6.*  
feminarum præcipuum ornatum, in tantum *Hexa. c. 6.*  
vt Homerus puellæ decantans carmine pulchri-  
tudinem, hoc nomine eam compellet: *Pulchrico. Cogita-*  
*ma. Quam pulchri sunt, sponsa mea capitū tui* *V.*  
*catenæ! Capillæ tui sicut greges caprarum, que aces-  
pills cō-  
derunt de monte Galasd.* *parantur.*

Mons Galasd est in Arabia, si Diu. Ambrosio *Cant. 4. 1.*  
credimus, palevis abundans vberimis capitis in *In Ps. 118.*  
alimentum, secundus sepius ex quibus gummi *ter. 46.*  
defuit rubrum, instar auri, tamque copiosum, vt  
Hieremias cœpserit, numquam in eo defutu-  
rum: *Nunquid non est resina in Galasd?* *Ere. Quo-  
Hiere. 8.*  
circas capris inter sepes & arbustulos obambulan-*12.*  
tibus esse videbantur flocci lanarum, velut fila  
quædam ex auro Arabicō, qui sole colustrati  
splendorē emittente gratiolem, quam si  
fuisse spira filorum auri purificatoris. Perspi-  
ciens est, at Diu. Ambrosius in SS. litteris ca-  
pillis signari cogitationes quæ sunt & evascul-  
tur ex capite. Formosa erant dimid. sponsæ  
cogitationis velut capra, columnæ aescendentis, de  
terra eleñata, puræ, limpida; quidquid enim  
mente revolutebat, sponsi spectabat gratificatio-  
nem, qua ratione illi placaret, satisfacet, deter-  
vitet, & in Deum erectæ. Vnde tam sanctæ, tam  
mundæ procedunt summi cogitationes? Ne  
mirens. Attende, quid gerat in pectoro abscon-  
ditum: *Vener tuus sicut acerius tritis, vallatus Cant. 7. 2.*  
lilij.

Lilia odore suo fortiori vermes fugant & in-  
setta q. d. Acerius est tritici pui & electi, nullis Cor iusli

Ooooo imper-dicitur a.

tertius  
tritici  
vallatus  
lilijs.

impermixtus vermis corosoribus. Triticum virtutes significat, sunt enim creaturatum cibus rationalium: Bruta irrationalia hordio pascuntur & herbis vitiis ac deliciarum: porto viriustus, iuxta rationis viens dictamen, illis quae iuxta eam sunt se mutat, nec rationi quidquam est convenientius quam ipsa virtus. Addit: *Acerus vallis lilijs*, id est, nullo verium dente corosus, id est nullis peccatorum circulionibus exelus & consumptus: hic via flore fides, extra spes, feruens charitas, iustitia constans, mortificans temperantia, denota oratio, deuotio feruentissima. Vae tibi si namque easu contigerit quatuor te habere grana tritici bonorum operum, quae fecisti: quia facio interfueri, quia eleminynam erogasti, quia rosarium evoluisti, quia stationes obuisti, quia nolocomum visitasti: haec nullum habent propugnaculum: nam subintrant circuliones, virtutem illis auferentes, & substantiam eorum erodentes: odium nempe & vindicta desiderium, impudicus talis puer fruendi appetitus. Quale est charissime triticum quod cordis tui recondis horre? Quem illam illa missa, quam audis, hanc & illam curiosus inspicis? Quanam illa tua confessio nullis conspersa lacrymis? Quoram eleemosyna cum desiderio ut totus te mundus intueatur? Quanam ieunia tot condimentis & delicis infarcinata? paleam potius dixerit quam triticum, sicut tu de illo dicas quod a circulionibus ceruit eritum. O sanctissima sponsa, Venter tuus sicut acerus tritici, mundi, intacti & solidi: cum tale sit illi cor, tot plenum virtutibus, quas arbitriis in caput ascendere cogitationes? Qui capilli in eo nascuntur, nisi sancti, nisi boni? in celum usque elati, ab omni terra pulvere expurgati: qua ratione Deo seruiam? Quam condignam Ieseribus meis subibo penitentiam? Qua ratione cum anima profectu evoluam artem solarium? Qualiter me ad confessionem ritè preparabo? Quia dispositio mihi ad orationem necessaria præmittenda? Hæc itaque sponsa est Dei charissima.

**VI.** An scire desideras, num anima tua talis sit? verum hoc in pectori & corde tuo reconderis? Quale cor Tuas attende cogitationes. De cogitationibus est, tales optimæ & fidelissima conuagis agit D. Pau. quas sunt & precorrente voluntate cogitationes? nullo negotio hoc intelligitur: attende cui bene afficiatur. Si sponsum amore complectantur, omnes eius sunt de illo cogitationes, qua ratione illi complacuit, semper, haec prima eam torquet sollicitudo vbinam sit, si yada, si veniat: Cogitat quomodo

*1. Cor. 7.  
34.*

do placeat viro. Porro si pellitem agat, si fidem freget, omnia eius studia in procum tendunt, qua ratione eius fruatur confortio, postique in honestis gaudere voluptatibus. Anima sum quid optas cognoscere, vitrum sponsa sis Deo & delissima? Tuas attende cogitationes: etenim quæ talis est, sponsum gerit in anima, quocirca Cogitat qui Dominus sunt, quomodo placeat Deus. Eius cogitationes capilli sunt elevati super montes celorum altissimos, aurei charitate: eius prima & vniua sollicitudo suam spectat salvacionem, Deinde redolat famularum. Si cura tua & sollicitudo pro oculis habeat delicas, voluptates, mundi complacentiam, insularis adulera: quod pectoris genit abscindit; Deus non est, sed peccatum: quia secundum id, quod corde recondit, exurgunt cogitationes. Quid corde David gerit abscindit? Veram contritionem, & dolorem, quis Deum offendit, acerbissimum quædam inde assurgent cogitationes, nisi studium hoc & conatus; quomodo pro peccatis meis digna satiasfaciam? Quam dignam pro scriberibus meis subibo penitentiam? Cogitabam pro *Pf. 57. 12.* peccato meo. Quid fratres Ioseph corde suo gerunt? odium in fratrem & inuidiam. Igitur expecta modicum & videbis quænam sursum a censura sint in caput cogitationes, vendendi illum, ino & interficiendi: *Cogitauerunt illum occidere.* *Gen. 37. 28.* Quid Saul corde ruminat ardensem in David generum suum inuidiam, intima eius dilanitatem? Quid inde in caput eius attende, quam occupent illud iniquæ cogitationes: *Cogitabat tradere 1. Reg. 18.* David, manibus Philistinorum. *Quoddam Amos 2.5.* propheta contemplatur inter se conferentes & ageantes: *Quando transibit messis, & venum dabit.* *Amos 8. 5.* *mus menses & sabbatum & aperiens frumentum 6. 7.* Et, ut possideamus in argento egenos, & pauperes VII. pro calcaneum, & quisquilia frumenti vendimus. Quales mus? O cogitationes nimis crudelis! Ne miseris, fint cogitatio uaritia in capite omnium: & quas ab avaro spes cogitationes? An forte tales quibus occupabatur Fr. Ludouicus Gratianus? An forsan vel modico tempore Christi Domini passionem meditabatur vita calamitates? Quod si sublimatoriem plenum si uaritiam, quos velis ascendere vapores, nisi illi convenientes?

Auscultat D. Basilii uitium avarum, de quo Christus in Euangeliō: cuius domus & horrea tritico redundabant, vino & oleo afflicebant: insuper & mellis eum laetificabat copiosus. In lectulo decumbens excitatur, & has anxias animo revoluit cogitationes: *Quid faciam?* Nunc rigitur

*Hom. 6. in  
Ditescen-*  
*tes.*

ter videamus cum D. Basilio quas concipiet cogitationes, cui omnia affari abundant, mesis ad votum fecunda; absque dubio tales erunt ut ea pauperibus promis distribuas, & per hoc horrea veterano exoneret tritico, vt habeat quo nouum recordar: indubit quidam Deo litabit sacrificia pacifica, in tanti beneficj, quo Deus ei benedix, gratitudinem: certò pteponer: ex superfluo laigui potero, quo talis orphana iungatur matrimonio, & vidua subueniam necessitati. Hoc fieret, sic opinatur D. Basil. si in corde charitas vigeret & pietas: sed non nisi sciuia replebatur & auaritia; & quas oblectio, spes inde cogitationes, nisi vt concludat, strictiusque concludat, colligat & colligat amplius, granaria granavis superadficet? Nec aberto:nam & hoc anno proponit: *Destruam horrea-me, & manuera faciam.*

*Lxx. 12. 19* Contemplatur Deus per vatem Oseam non nullos in honore cogitationibus polluos: Domine, quis illis succurrit? An non illis consuleremus vt cogitationes ad te dirigerent, tuaque meditarentur diuina mysteria? Nec hoc facient, inquit Dominus, noui illos intus & in cuto: Ego sciss Ephraim, & Israel non est absconditus à me. Non dabunt cogitationes suas, vt reverentur ad Dominum. Non hoc suspicis, quod vel vnam hominam habeant meditationem, aut occupentur vel vna sancta cogitatione. Vnde hoc ergo? Considera quid gerant in pectore: *Spiritus forniciationis in medio eorum.* Animæ eorum est iniustificata luxuria, quid vis vt cogitem? Vt tibi, qua tibi ratione consulam, vt antequam te des quieti resipsum recolligas, tuam examines senio cõscientiam, & vel pusillo tempore praefixa tibi à Deo recognites beneficia, si tibi pectus sit amore sordidum impudico, & alia tua possederit animam? Quomodo tu in eubo, vt quietie, quatenus te Christiano nomine dignum offendas, mente, in Deum & celestia eleves, & quid pro te in cruce moriens passus sit, attempo ruminies, cuiusque te conficeres obsequio famulum, si eorū tuum supeterrificient ambitione plenum sit & auaritia?

Conspicuum est omnes tales fote cogitationes, qua ratione dues eradas, dignitate ascendas, meriticis fruare confortio. Salubriter monuit vos Deus: *Lauamini, mundi estoite, auferre malum cogitationum vestiarum.* Ut hortetur, quatenus defitas, & malas auertas cogitationes, primò suadet, vt animam tuam à sordibus emundescet. *Lata à malitia cor tuum Hierusalem.* Vt inam de corde tuo scandalosum hunc amoueres concubinatum! Fazit Deus vt tollas, vindicta desiderium! Quis

tibi det, y: hanc extirpes habendi cupiditatcm! Perdit bi Pharisei pectus malitia plenum gerit, qua feruntur in Christum, quænam obsecro hinc in caput ascendent cogitationes: nisi perficiendi, quidquid malevoli licitum fuerit potestati? Videt Lazarum Christo gloriam parere: quia in ipso Salvatoris virtus lucet, & potentia: igitur occidamus eum: Cogitauerunt Principes, ut G. Lazarum interficerent.

**6.3** Cogitauerunt vt & Lazarum interficerent. Parte in illis, quod unum peccatum vocet alterum, sicut in iustis una virtus alteram sibi sociat.

**N** Oranda venit coniunctio? Et, qua virtus Euangeliuta: Cogitauerunt vt & Lazarum interficerent: Quamvis enim non nisi duæ sint litteræ, pluribus tamen redundant Sacramenta. Antea necem decreuerant Salvatoris: nūc concludunt, etiam Lazari. O scurræ prodicores: an non dixistis, quando Christi mortem coniuratis: *Expedi ut unus moriarum homo?* Et hoc dicitur *Ios. ii, 49.* I. Caiphas, decretum suum facilitando: q. d. Si plures occumbere necesse foret, huic maturis esset inhaerendum, les quod unus occidatur homo, quando sic omnibus expedit, non hoc tanti faciendum: *Unus homo.* Qomodo igitur nunc alterum additis? Ex opinione D. Ambrosij ad litteram prophetæ Regius loquitur Pharisei quibus Davidis verbis psalmi 61, quæ diuersis vicibus dicitur de Christi propofitionis applicimus. Probat explanans stō varicis psalmi titulum, quod ad litterā loquatur de Christi-num ex-<sup>1.</sup> isto, cuiusque passione.. Oculis intuetur diuina propomitur, phetiae luce collutiatissimū hunc Redemptorem, qualiter mundum hunc perambulet nostra per omnia propiciens saluationem: perpendit, quod si magna sit ea sollicitudo, qua signa passim edita prodigia, fatui proficia animarum; non minori intudent eius inimici sollicitudine, dolos fraudesque neclendo, quibus mortem ei machinentur.

Rationes ordinis non vulgares in persona Christi, quia iam ipse passionem suam orfurus illum carnis sua sentit repugnantiam, que, vt vera, mortem refugit, & qualiter illam in horum paternæ subiectar voluntati, dicendo: *Non sicut ego volo, sed sicut tu.* Et quasi eidem carnis sua respondens appetitum, Deo volens eam resignare, ait: *Nonne Deo subiecta erit anima mea.* Confestim oculos reflectit Propheta, & horum attendit impigram sedulitatem, machinas &

Ooooo cogit-

*Isai. i, 16.*

*Hiere. 4.*

14.